



Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XXII. Epistola qualiter nepotes in loco filiorum instituuntur ab auo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

senti tempore mea videtur esse pos-
sessio , totum & ad integrum , à die
præsente tibi volo esse concessum
atque indulatum ; Ita ut quicquid
exinde facere volueris , liberam &
firmissimam in omnibus habeas
potestatem . Si quis vero , &c.

XXII. EPISTOLA QVALL-
ter nepotes in loco filiorum insti-
tuuntur ab auo.

Q Vicquid filiis , vel nepotibus
de facultate patris cognosci-
tur ordinasse voluntatem eius , in
omnibus lex Romana constringit
adimplere . Ideoque ego in Dei no-
mine ille , dulcissimis nepotib. meis
illis . Dum peccatis meis faciéibus ,
filia mea genitrix vestra tempus na-
turæ suæ compleuit , & ego pen-
sans consanguinitatis causam , dum
& per legem cum filiis meis , auun-
culis vestris , in alode meo ad int-

grum minimè succedere poteratis,
ideo per hanc epistolam firmitatis
volo, vt in omni alode meo, post
meum discessum, si mihi superstites
fueritis, quicquid moriens dereli-
quero, sicut supradicta genitrix ve-
stra, si mihi superstes fuisset, ita &
vos cum auunculis vestris succede-
re faciatis. Ea vero ratione, vt quic-
quid tempore nuptiarum ei tradi-
di, vel dedi, hoc in partem vestram
recipiatis, & si amplius insuper de
rebus nostris obuenerit, tunc cum
filii meis matris vestræ portionem
recipiatis: ita vt quicquid exinde fa-
cere volueritis liberam habeatis po-
testatem. Si quis vero fuerit, & re-
liqua.